πk 3560

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0002-8

II k
3560

# DE
# REVERENTIA FORI

PRAESIDE

ERNESTO MARTINO CHLADENIO D.

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS AVLAE AC IVSTITIAE DECRETALIVM PROFESSORE PVBLICO FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARIO ET SENIORE EIVSDEMQVE H. T. DECANO CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORE CVRIAE PROVINCIALIS ET SCABINATVS ASSESSORE

*PRO GRADV DOCTORIS*

RITE CAPESSENDO

D. IV. IVN. A. R. S. CIↃIↃCCLXVII

IN AVDITORIO MAIORI

PVBLICE DISSERET

CHRISTIANVS FRIDERICVS GAVDICHIVS

ADVOCATVS DRESDENSIS.

*VITEMBERGAE*

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII

ACADEMIAE A TYPIS.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0003-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0004-9

IN

SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE

SVMMO PROVOCATIONVM SENATV

# PRAESIDI

PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO SVO GRATIOSISSIMO

NEC NON

# CONSILIARIIS

GLORIA

TVM AVITA TVM PROPRIA

CONSILIORVM GRAVITATE ET PONDERE

DOCTRINAE COPIA

ITEMQVE

ADMIRABILI IN AGENDO IVDICANDOQVE

DEXTERITATE ET PRVDENTIA

SPLENDIDISSIMIS

REVERENTIAM PIETATEM ET OBSEQVIVM

SVBMISSE DEFERT

CHRISTIANVS FRIDERICVS GAVDICHIVS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0005-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0006-0

*Indulgentiae* VESTRAE, *PRAESES PERILLVSTRIS*, CONSILIARII SPLENDIDIDISSIMI, *tribuo, quod do-*

ctrinae atque ingenii monumenta, quae alias VOBIS exhibere mihi licuit, VESTRO conſenſu probata fuiſſe intellexerim. Hoc quidem, ut mihi ſummo eſt honori, ita animum mihi addit, ut hunc libellum inauguralem, Reuerentiae fori uindicem et aſſertorem, VOBIS deuotiſſime offerre non dubitem. Quodſi nonnullis, ut quidem ſubuereor, paulo audacior uidear, non plane recuſabo; dummodo

*modo conceſſerint, me trahi ſolo pietatis ſtudio, quo Splendidiſſimum Ordinem VESTRVM, in cuius admirationem et uenerationem omnes boni conſpirant, proſequor. Hoc enim ſtudio, quamuis aliæ re uincar ab omnibus, a nemine me patiar uinci; imo ut meae erga VOS pietatis documentum extet omni exceptione maius, nullum diem praetermittam, quin Summum Numen ſupplex uenerer,*

*ut*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0009-0

QK IIk 3560

*ut* VOS, *quorum Ore ipſa Themis, Venerabilis illa Iuſtitiae Praeſes et Dea, oracula ſua edit, ſaluos ſemper eſſe, et omnigena felicitate affluere iubeat.*

DE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0010-2

# DE
# REVERENTIA FORI

## I

HABENT hoc quaedam loca praecipuum, quod MAIESTATE ſua, uel RELIGIONE, quam ſpirant, uel cetero habitu ſuo, accedentem quemque moneant, ut rem ibi modeſte et REVERENTER agat. Quid eſt, quod TEMPLA, illa COELESTIVM ORACVLORVM ACROATERIA, ingreſſi, tum animum, tum externum geſtum, ad modeſtiam [a] et REVERENTIAM ſponte componamus? Nimirum ingredientis cuiusque animus hoc agitat, inhaerere his locis, ubi RES

DIVINA peragitur, quandam religionem, tanquam CHARACTEREM, qui eadem ſancta, inuiolabilia, et ſingulariter VENERABILIA praeſtet.[b] Quid etiam, quod ingreſſi PALATIVM PRINCIPIS, et ſilentio,[c] et reliquis uerecundiae et REVERENTIAE argumentis, teſtemur, ipſam loci conditionem non admittere, niſi modeſtos et VENERABVNDOS? Nihil ad rem elegantior palatii ſtructura, quantumuis magnifica ſit, auroque ac marmore ſuperbiat. Ipſa PRINCIPIS SANCTIMONIA, de qua, ſi STRYKIVM[d] audias, participant quoque ea, quae circa principem ſunt, etiam res inanimatae, habitaculo principali quandam ſanctitatem conciliat.[e] Ipſa Principis Maieſtas maieſtatem quandam affundit eius domicilio. Facile igitur patet, quid ſit, quod illis, qui uel in templo, uel in palatio principis, poſthabita LOCI religione, ſanctitate, et maieſtate, delinquunt, ſeuerior poena in legibus ſit propoſita. Scilicet ut publice intelligatur, atrocius peccare eum, quem uel ſola LOCI, ubi agit, conditio a temeritate cohibere deberet. Sed, praeter templa et principum palatia, alia etiam loca, uideas, quodam SANCTITATIS

et

et REVERENTIAE priuilegio inſtructa eſſe, auctoritate legum, quae aeque, ac iſta, loca SANCTA et PRIVILEGIATA, germanico idiomate, *Gefreyte Orte* dici ſueuerunt, quorum temeratoribus atrocior poena, interdum manus diſpendium,[f] imminet. Tanti eſt, audiuiſſe ſanctionem SERENISSIMI LEGISLATORIS SAXONIS, quae uti diſerte recenſet, quibus praeſertim locis REVERENTIAE CHARACTER inhaereat, ita grauiter diſponit, ut, in dimetienda iniuriae realis atrocitate, LOCI praeſertim dignitas aeſtimetur, et, quanto ille maiorem reuerentiam et modeſtiam cuiusque, inibi agentis, exquirat, tanto magis reatum luat delinquens. Sanctionis hic tenor:[g] *Wären dergleichen Real-Injurien an einem privilegirten Orte, worunter ſonderlich Unſere Reſidenz-Häuſer allhier und ſonſt, die von Unſerer Vettern LLLLden bewohnte Schlößer, oder wo würcklich Hofflager gehalten werden, ingleichen die Canzeleyen und andere Häußer, wo Unſere und Unſerer Vettern LLLLden Raths-Collegia ihre Seſſiones haben, und übrige ordentliche Expeditiones tractiret werden, nicht weniger die Kirchen, derer Univerſitäten Auditoria, Amts-Land-und Rathhäußer, auch andere Gerichts-*

*Stellen etc. zu verſtehen, geſchehen, ſoll die Straffe, ſoviel das Gefängniß betrift,* NACH PROPORTION DES ORTS UND DESSEN CONSIDERATION, *um einen vierten Theil oder mehr erhöhet, und, wenn der Burgfriede gebrochen, hierüber noch die rechte Hand abgehauen werden.*

*a*) Iam olim dixit PYTHAGORAS, ANIMVM *eorum ſtatim* MVTARI, *qui templa ingrediuntur. Nam quaſi faciem Deorum oculis inſpiciendo, homines ſubito fingi, et apud modeſtos fieri modeſtiores.*

*b*) uid. STRVVII Diſſ. *de dedicatione templorum cap. fin. num. 39.* add. HENR. LINCKII Diſſ. *de Encaeniis templorum Part. I. num. 48.*

*c*) De SILENTIO, quod in palatio TRAIANI Imperatoris regnauit, eleganter PLINIVS *in Paneg. cap. 47. in fine*, ad quem locum DOMINICVS BAVDIVS appoſite notauit: *Voce et acclamationibus declaratur fauor, at* SILENTIO *admiratio et* RELIGIOSA VENERATIO.

*d*) STRYKIVS Diſſ. *de Sanctitate Reſidentiarum pag. 25.*

*e*) Hinc palatia principum ſancta et inuiolabilia eſſe docent GEORG. AD. STRVVIVS in Diſſ. *de Iuribus Palatii principalis Cap. 3. §. 4.* et BENED. CARPZOVIVS *Part. IV. Conſt. 13. def. 9. num 10.*

*f*) Conf. B. CRELLII *Tract. de Iure Manuum. Cap. 2. §. 48.*

*g*) MANDAT *wider die Selbſt-Rache §. 9.*

## II

SAPIENTISSIMO nimirum conſilio LEGISLATOR SERENISSIMVS priuilegiatis locis immiſcet illa loca, ubi

iuris

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0014-4

iuris et aequi oracula funduntur, *die Gerichtsſtellen.* Haec ut SANCTA, ut inuiolabilia praeſtentur, publice intereſt, neque ciuitas diu ſalua eſſe poteſt, niſi tribunalibus, niſi FORO, niſi etiam perſonis, quae iudicii apparatum conſtituunt, SVA conſtet REVERENTIA. *Expugnentur licet urbes*, eleganter ait VALERIVS [a], *corripiantur gentes, regnis iniiciantur manus, niſi* FORO *et curiae officium ac* VERECVNDIA SVA *conſtiterit, partarum rerum aequatus coelo cumulus ſedem ſtabilem non habebit.* Et vere. Vt enim florentis imperii argumentum eſt, ſi ciues, edocti, non hominis, ſed DEI, IVDICIVM peragi a magiſtratibus, his ſponte obtemperent, ſi etiam iudiciis, et, qui his praeſunt, magiſtratibus, ſuus honor, ſuusque decor, quem SPIRITVM IVSTITIAE ſat apte uocat MYLERVS AB EHRENBACH,[b] conſtanter tribuatur, ita labantis et peſſum euntis reipublicae triſte omen eſt et praeſagium, ſi ciues REVERENTER HABERE TRIBVNALIA deſueſcant, iisdemque ſordeat magiſtratuum auctoritas.

a) VALERIVS MAXIMVS *Lib. II. Cap. 9.*

b) MYLERVS AB EHRENBACH *in Hyparchologia cap. VIII. §. 1.*

III

Hoc animis agitaſſe uidentur ueteres, qui in eo toti erant, ut iudiciis dignitatem et reuerentiam conciliarent. Hoc nomine primum Graeci laudandi ſunt, qui in inſtituendis iudiciis id ſummopere curabant, ut haec, apparatu ſuo, accedenti cuique uenerationem incuterent. Vt exemplo hoc comprobetur, tanta auctoritate, tantaque grauitate inſtruxerunt iudicium Areopagitarum, ut, illud omnia tribunalia merito antecellere, teſtetur ISOCRATES in Areopagitico, ut etiam, de dignitate eius apud Auctores omnia plena eſſe, doceat GVILIELMVS POSTELLVS.[a] Quanta uero huic Senatui habita ſit reuerentia, quanta fides, exponit Oratio DEMOSTHENIS in Ariſtocratem. Eadem fere laude memorabile eſt iudicium Ephetarum, itemque Heliaſticum.[b] In utroque enim ordinando Graeci id praeſertim egerunt, ut iisdem ſua dignitas ſuaque grauitas conſtaret. Sed diuertor ad Romanos, qui tanto, quanto uix alius populus, ſtudio id egerunt, ut magiſtratibus, ut tribunalibus ſuis, honorem et dignationem, imo maieſtatem quandam, circumfunderent. Quorſum illa

Con-

Conſulum et Praetorum inſignia, praetexta, ſella curulis, lictores cum faſcibus, et, quae propria Praetorum erant, haſta et gladius? Dicat SENECA: [c] *Nihil horum honor eſt, ſed* HONORIS INSIGNE. Nimirum quotquot honoris inſignia circa perſonam magiſtratus conſpiciebantur, totidem erant ſymbola, quae ſpectantem quemque in uenerationem trahere debebant. Quid eſt, quod, quocunque ingrederetur magiſtratus, lictor iuberet animaduertere, de uia decedere, equo deſcendere? Quid etiam, quod capitale eſſet, lictori ſummouenti non obtemperare, quod funeſto ſuo exemplo comprobauit C. VETVRIVS. [d] Dicat PETRVS AERODIVS: [e] *Exiſtimabant Romani, in quodlibet facinus procurſurum, qui* PRINCIPES NESCIT VENERARI, *quid, qui negligeret? imo quid, qui recuſaret.* Hinc eleganter SENECA: [f] *Si conſulem uidero, aut Praetorem, omnia, quibus* HONOR HABERI HONORI *ſolet, faciam, equo deſiliam, caput adaperiam, ſemita cedam.* Praeſertim uero magiſtratum, ius dicentem pro tribunali, tot dignitatis et auctoritatis ſchemata circumdabant, ut, qui accederet, reuerentiae et uenerationis ſenſu occuparetur.

tur. Ipſum tribunal erat locus ampliſſimus et ſpectabilis in Comitio, fere hemicycli ſpecie introrſum curuatus.[g] In hoc, ſella curuli, praeſidebat Praetor, ſedentibus a tergo aſſeſſoribus, quos in conſilium adhibebat,[h] poſita etiam haſta, illo, quod SICCAMA uocat,[i] ſupremae et publicae poteſtatis ſymbolo. Augebat reuerentiae ſenſum ſtructura palatiorum, in quibus iudicia peragebantur, et quae, ob molem ſuam et magnificum apparatum[k], ad regiae ſedis ſplendorem quam proxime accedentem, BASILICARVM nomen et meruerunt, et acceperunt. Imo, ut intelligeretur, ſancta eſſe tribunalium loca, hominibus turpitudinis notam prae ſe ferentibus, interdum acceſſus negabatur, etiamſi ex iuſta cauſa acturi eſſent. Sic Metellus Praetor Vetilium a tribunali repulit, cum peteret bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas. Crederes, Vetilium petiiſſe, inuito iure, adeoque repulſam tuliſſe, quam ferre ſolet quilibet actor, agendi iure deſtitutus. Sed alia latet cauſa. Lenocinii foeditate ſe commaculauerat Vetilius, eaque re meruiſſe uidebatur, ut arceretur a tribunali. Elegantiſſime rem exprimit VALERIVS:[l] *Metellus Vetilio,*

*lenoni,*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0018-7

*lenoni, bonorum Iuuentii poſſeſſionem ſecundum tabulas teſtamenti non dedit, quia uir nobiliſſimus et grauiſſimus* FORI *ac lupanaris ſeparandam* CONDITIONEM *exiſtimauit, nec aut factum illius comprobare uoluit, qui fortunas ſuas in ſtabulum contaminatum proiecerat, aut huic, tanquam integro ciui, iura reddere, qui ſe ab omni honeſto uitae genere abruperat.* Aliud, ſat memorabile, exemplum addo. Genucius, „a Surdini liberto heres ſcriptus, a Praetore Oreſte impetrat bonorum poſſeſſionem. Surdinus prouocat ad Conſulem. Conſul Mamercus Aemilius Lepidus decernit: *Genucium, amputatis ſui ipſius ſponte genitalibus corporis partibus, nec uirorum, nec mulierum, numero haberi*, et ex hac cauſa abrogat praetoriam iurisdictionem. Appoſite VALERIVS, cum haec commemorat, addit [m]: *Conueniens Mamerco, conueniens principi ſenatus decretum, quo prouiſum eſt, ne obſcoena Genucii praeſentia, inquinataque uoce,* TRIBVNALIA MAGISTRATVVM, *ſub ſpecie petiti iuris,* POLLVERENTVR.

*a*) GVIL. POSTELLVS de *Magiſtrat. Athen. cap. 4. in fine.*

*b*) Vtrumque deſcribit CHRIST. BRVNINGS in *Antiquit. Graec. cap. 14. §. 13. ſequ.* Adde POSTELLVM *de Magiſtrat. Athen. cap. 12.*

c) SENECA de Beneficiis Lib. I. cap. 5. in fine.

d) PLVTARCHVS in Vita Gracchi.

e) PETR. AERODIVS Rerum Iudicat. Lib. 6. cap. 4.

f) SENECA Epiſt. 64.

g) HEINECCIVS Antiquit. Rom. Lib. 4. Tit. 6. §. 7.

h) AMMIANVS MARCELLINVS Lib. 22. in fine.

i) SIBR. TET. SICCAMA de Centumuirali iudicio pag. 68. 72.

k) Praeſertim BASILICAM PAVLI AEMILII et BASILICAM IVLII, quae utraque foro Romano proxima fuit, hoc nomine commendant Scriptores ueteres, PLINIVS, CICERO, QVINTILIANVS. vid. EZECH. SPANHEMIVS de Vſu et Praeſtantia Numiſm. antiqu. Diſſ. X. pag. 186. ſequ. et ALEXANDER DONATVS in Libro: ROMA VETVS et RECENS Lib. II. cap. 17. et Libr. IV. cap. 2. pag. 167. et 458. Edit. quae prodiit Romae 1725. Reliquas Baſilicas, quibus haec, uel illa, regio Vrbis Romae, maxime uero Forum Romanum, quondam ſuperbiit, recenſet IOANNES ROSINVS Antiqu. Rom. Lib. I. cap. XIII.

l) VALERIVS MAXIMVS Lib. VII. cap. 7. num. 7.

m) IDEM loc. cit. num. 6.

## IV

REDEO ad patriam communem, Germaniam. Scilicet FORI REVERENTIA noſtris maioribus quam maxime curae cordique fuit. Quid eam in rem inſtituerint, paſſim exponunt illi, qui res germanicas prioris aeui recenſent. Ex apparatu copioſo quaedam, attinet, delibare.

re. Primum ſtudioſe id agebant, ut MALLVS, hoc eſt, locus, ubi iudicium peragendum, *die Mahlſtadt*, quodam ſymbolo inſignis eſſet, cuius adſpectus accedentem quemque moneret, inibi non profanam rem peragi. Eo quidem aeuo, quo ſub dio iudicia exercere moris erat, nunc arbor procera, nunc ſtatua, nunc crux, nunc uexillum, iudicii conſeſſum demonſtrabat.[a] Poſtea rem iudiciariam in templa transferebant, ut ipſius loci ſanctitas maiorem reuerentiam iudiciis conciliaret. Receſſerunt quidem ab hoc inſtituto CAROLVS MAGNVS et LVDOVICVS PIVS, qui iudicia in eccleſiis, earumque atriis inſtitui, prohibuerunt, ambo tamen Imperatores, probe memores, ipſi iudicio dignitatem accedere ex loci, in quo illud exercetur, dignitate, certa PRAETORIA exſtrui iuſſerunt.[b] Porro ipſius iudicis dignitate et auctoritate reuerentiam foro conciliari, rati, uiros, et genere et uirtute claros, iudiciis praeſides et aſſeſſores dabant. TACITO commemorante,[c] in conciliis eligebantur PRINCIPES, qui iura per pagos uicosque redderent, hisque ſingulis centeni comites, conſilium ſimul et auctoritas, aderant. Quorſum illa, quae quondam uniuerſam fere Germaniam peruaſit,[d] et quae

etiam nunc in hoc, uel illo, iudicio, etiam illuſtri, ſeruatur, conſuetudo, quod Praeſes in conſeſſu baculum manu teneat, niſi ut auctoritatis et grauitatis eſſet inſigne. Quorſum illa ſolennitas, quam uocabant, *das Gerichte heegen*, quod fiebat ab ipſo iudice, tum etiam haec, quam exprimit phraſis, *das Gerichte gebiethen*, quod apparitoris erat negotium, [e] niſi ut publice intelligeretur, nunc peragi rem, quae cuiusuis accedentis modeſtiam expoſcat, et temere quid acturis paratam eſſe uindictam. Neque haec ueterum inſtituta poſteris inania uiſa ſunt. Horum enim miniſterio illa, quoad maximam partem, per tot ſecula, ad nos, ſeros illorum nepotes, translata ſunt. An fallar, ſi apparatum iudicii criminalis ſolennis, *des hochnothpeinlichen Halß Gerichts*, dixero complexum rituum, quos priſca aetas, ad conciliandam iudiciis dignitatem et reuerentiam, inſtituit. Plerumque illud ſub dio habetur. Iudici a latere comites, Scabinos uocant, adſunt. Adeſt ſimul conſilium et auctoritas. Dextra iudicis armata eſt uel baculo, uel gladio euaginato. [f] Rerum ſatagit armatus iudex, ſatagunt etiam Scabini, formulis ſolennibus, [g] ut iudicium criminale rite, et triplici quidem uice, conſtituatur,

tur,

tur, et cuicunque ſpectantium, uel audientium, reuerentiae ſenſus incutiatur. Memor etiam ſui officii, apparitor promte adeſt, et Stentoris perſonam, uoce et reliquo oris habitu, exacte referens, populo nunciat, inſtructum nunc eſſe capitale iudicium, ſimul tanta grauitate, quantam induere poteſt, interdicit, ne quis accedat, niſi modeſte et impetrata agendi uenia. Quid reliqui deinde agatur in hoc conſeſſu terribili, nihil ad rem. Hoc magis attinet memorare, plerasque fere gentes quondam ad comparandam, uel conſeruandam, iudiciorum SANCTITATEM nihil conuenientius reputaſſe, quam ſi poteſtas iudicandi SACERDOTIBVS committeretur. Quae Pontificis Maximi apud Romanos, quae Druidum apud Gallos, ſacerdotum apud Aegyptios et Iudaeos, quae deinde, ex quo Chriſtiani regimine publico eminere coeperunt, apud hos EPISCOPORVM fuerit poteſtas circa cauſas litigantium, exponit CASPAR ZIEGLERVS,[h] qui ſimul teſtis eſt, eosdem populos hoc inſtituiſſe, eo praeſertim animo, ut IVDICIA SANCTA et intemerata perſiſterent. Certe, quae reuerentia iudicio EPISCOPALI quondam habita fuerit, clare definiunt IMPERATORES in Reſcripto ad Theodorum, Prae-

fectum praetorio, anno 408. emiſſo. [i] Reſcribunt: *Epiſcopale iudicium ratum ſit omnibus, qui ſe audiri a ſacerdotibus elegerint, eamque illorum iudicationi* ADHIBENDAM ESSE REVERENTIAM *iubemus, quam ueſtris deferre neceſſe eſt* POTESTATIBVS, *a quibus non licet prouocare.* In Germania etiam EPISCOPALEM AVDIENTIAM tandem ad cauſas quaſuis, tum quae praetorio, tum quae ciuili iure tractantur, extenſam fuiſſe, CONRINGIVS commemorat. [k]

*a*) Conf. IO. GVIL. HOFFMANNI Diſſ. *de modo iudicia priuata exercendi apud Germanos* §. 3.

*b*) Vid. HEINECCIVS *Elem. Iur. Germ. Lib.* 3. *Tit.* I. §. 21.

*c*) TACITVS *de Situ, moribus et populis Germ. cap.* 12. *in fine.*

*d*) IO. GVIL. HOFFMANN. *de Iuriſprudentia Symbolica pag.* 31.

*e*) Vtramque ſolennitatem exponit IO. GVIL. HOFFMANNVS in Diſſ. *de modo Iudicia priuata exercendi apud Germanos* §. 6.

*f*) ORD. CRIM. CAR. *art.* 82. Verbis: *der Richter ſoll auch ſitzen, ſeinen Stab oder bloß Schwerdt, nach ländlichen Herkommen eines jeden Orts, in den Haenden haben, und ehrſamlich ſitzen bleiben bis zu Ende der Sachen.*

*g*) Formulas ſtudioſe collegit HEILIVS *in Iud. et Defenſ. in Proc. Inquiſ. Cap.* 6. *pag.* 472. *ſequ.*

*h*) CASP. ZIEGLERVS in libro, cui rubrum: DICASTICE, *Concluſ.* 16. §. 7. *ſequ.*

*i*) *L. VIII. C. de Epiſcopali audientia.*

*k*) CONRINGIVS in Diſſ. *de Iudiciis Reip. German.* §. 34.

V

## V

Transeant cetera, quae nunc antiquata ſunt, priſci aeui inſtituta. Sane iura, quibus adhuc utimur in foris Germaniae, hoc ſerio agunt, ut intemerata ſit reverentia fori, et fere quotidianum eſt in Dicaſteriis et Tribunalibus, ut in reos criminis laesae reverentiae fori animaduertendum ſit, uel hoc, uel illo, poenarum et genere, et gradu. Variam enim uindictam expoſcit uarietas huius criminis, quam uberius exponemus.

## VI

Primvm quidem, ut ipſa iudiciorum ſanctitas indicio eſt, modeste ibi agendum eſſe, ita facile patet, omne id animaduerſione dignum eſſe, quicquid ibidem agitur minus modeſte. Eorum, qui hoc nomine peccant, uariae ſunt claſſes. Alii in acceſſu ad forum, alii in ipſo iudicio, alii in diſceſſu, laeſae modeſtiae reos ſe faciunt. In accessv uarie peccatur. Meminimus, notatum fuiſſe alium, quod tecto capite, alium, quod impetu petitis foribus, alium, quod nullo, uel per pulſationem oſtii, uel per apparitorem, indicio facto, [a] et denique alium, quod gladio

cin-

cinctus, ubi cingi neſas habetur, [b] acceſſerit ad locum iudicii. Frequentius tamen in ipſo IVDICII LOCO peccant immodeſti. Nunc petulantior poſtulantis cachinnus et iudici, et parti aduerſae, creat moleſtiam. Nunc, quae iam olim [c] FORI TABES fuit, clamore aut latratu, quali Afrania quondam iudicia dehoneſtauit, [d] reſonat tribunal. Nunc uideas alium in iudicis conſpectu liberius diuagari, alium pugno pulſare tabulam, cui iudex aſſidet, alium, quicquid interroget iudex, reſponſionem temere detrectare, aut ſponte obmuteſcendo, aut diſerte recuſando, ut ille, qui iudici, quoties hic interrogabat, toties reſpondebat: *Ich habe keine Antwort.* Nunc audias alium pro tribunali iactare minas, alium dira precari, alium conuicia, aut ſcommata euomere, alium obſcoena effutire uerba, alium alia agere, quibus fori reuerentia laeditur. Deinde etiam DISCEDENTIVM a iudicio uarius eſſe ſolet reatus. Alius, ut eludat iudicium, diſcedit, quando copiam ſui facere debet, de facto, non impetrata diſcedendi uenia. Imo fuit, qui in medio examine ſummario, *bey der ſummariſchen Vernehmung*, his uerbis uſus: *Ey, ſie fragen mich auch zuviel*, confeſtim diſceſſit. Alius diſcedens, ut

indignan-

indignantem animum iudici ſignificet, aſpera manu oſtium tractat, idemque ui operit. Alius murmurans uel muſſans recedit a conſpectu iudicis. Alius aliter, prouti rude ingenium ſuggerit.

a) Alicubi publica lege cautum eſt, *daß niemand ohne Anklopfen oder Anmelden in die Canzley gehen ſolle.* Exemplum eſt *in dem Amts Patente de dato Budiſſin den 10 Febr. 1650.* in COD. AVGVST. *Tom. 3, pag. 206.* Aliud exemplum habetur *in dem Reichs-Hoffraths Decrete vom 11. Ian. 1679,* quo ſancitur, *daß kein Agent ohne Anklopfen in die Canzley kommen ſolle*, addita ratione, *es ſey wider den gebührenden Reſpect und Beſcheidenheit.* Decretum hoc recenſet LÜNIGIVS *im Reichsarchiv Part. Gen. Contin. Part. 2. pag. 1164.* et IO. CHRIST. AB VFFENBACH *de Conſilio Caeſ. Imp. Aulico in Append. 2. pag. 47.*

b) Conf. IO. PETRI DE LVDEWIG OBSERVATIONEM *vom Degen Ablegen vor Gerichte, in denen Haelliſchen Anzeigen de anno 1731. 88ten Stück*, ubi partim morem in Academiis receptum, quod Rector Magnificus ab iis, qui officii cauſa ad eum accedunt, non, niſi depoſito gladio, adeundus ſit, uariis argumentis defendit, partim etiam iudiciis, praeſertim ſuperioribus, hoc deberi, confirmat, ita concludens: *Mithin jedermann daraus abnehmen kann, daß der Ehrfurcht ſowohl, als der Sicherheit des Orts halber, die Degen abzulegen.* Sed alio caſu, cum quaereretur, *ob der Rath und Stadtgerichte zu G. denen Graduirten, als Doctoribus und Licentiatis, bey ihrer praxi, vor ihren Gerichten mit dem Degen zu erſcheinen, und vorzutreten, inhibiren koenne, oder nicht*, ICti HALLENSES,

teſte ipſo I. P. DE LVDEWIG, *Conſil. Hall. Vol. II. Lib. I. Conſil. 91.* reſponderunt, *daſs, des alten Herkommens ohngeachtet, denen Graduatis nicht verwehret werden koenne, vor dem Rathe und Stadtgerichten im Degen vorzutreten, und ihrer Clienten Sache zu proponiren.* Certe iam apud Romanos piaculum erat, cum telo eſſe, ubi iudicium publice exercebatur. *L. 10. pr. D. ad L. Iul. de Vi publ.* et, ſi de Germanorum antiquis legibus quaeras, hae poſtulantibus arma omnia detraxerunt. Vid. IO. GVIL. HOFFMANNI *Diſſ. de modo iudicia priuata exercendi apud Veteres Germanos §. III. pag. 8.*

*c*) Non ſine re SENECA *in Hercule fur. Act. I. v. 172.* CLAMOSVM FORVM dixit. Ipſum centumuirale iudicium, et numero iudicantium, et reliquo apparatu ſuo, ſatis magnificum, hoc nomine notatur a PLINIO *Lib. 2. Epiſt. 14.* et a QVINTILIANO *Inſtitut. Orat. Lib. 12. cap. 5.* quod omnia ibi CLAMORIBVS FREMERENT.

*d*) VALERIVS MAXIMVS *Lib. VIII. cap. 3. n. 2.* teſtis eſt, Afraniam INVSITATIS FORO LATRATIBVS aſſidue TRIBVNALIA EXERCENDO, muliebris calumniae notiſſimum euaſiſſe exemplum. Itemque VLPIANVS in *L. 1. §. 5. D. de Poſtulando*, commemorat, eam INVERECVNDE poſtulando magiſtratum inquietaſſe.

## VII

HIS uidelicet parata eſt poena, arbitraria quidem, plerumque tamen grauis, eoque nunc grauior, quo magis CONTEMTVS IVDICIS et IVDICII patet, et quo maior eſt dignitas iudicis, coram quo perperam agitur. Atrocius enim,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0028-3

enim, VLPIANO iudice, [a] peccat, qui nec IN CONSPECTV PRAETORIS ſibi temperare poteſt ab iniuria, ſiquidem is, qui, neglecta iudicis praeſentia, delinquit, exempli gratia, probroſis uerbis laedendo partem aduerſam, QVATER deliquiſſe cenſendus eſt. Reus eſt INIVRIARVM. Reus criminis laeſae reuerentiae, quae IVDICI debetur. [b] Proximus reatus eſt, quod temerator ille, cum iudici detrahit reuerentiam, ſimul iniurius ſit in ipſam REMPVBLICAM, [c] cuius nomine is praeſidet foro. Denique poſtremus, quod uiolet ſanctitatem ipſius LOCI, ubi res iudiciaria peragitur. [d] Vt igitur poena exaſperetur, ipſa res poſtulat. Praeſertim uero tunc exemplo locus eſt, ſi quis ipſam iudicis perſonam petit, uel maledictis, uel, quod maximum, inimica manu. Scilicet atrociori poenae tunc locus eſt, et, prouti maior eſt inſultus, ad corporalem, [e] imo etiam ad capitalem, deueniri poteſt. [f] Tum ea quoque iniuria, quae perſonis, quorum miniſterio iudex in adminiſtranda iurisdictione utitur, ueluti Scabino, actuario, [g] notario, artifici, apparitori, [h] intuitu officii infertur, cum illa in ipſius iudicis contumeliam uergat, pro grauiori habetur, et ſerior ſolet eſſe ultio.

 *a) L. 7.*

*a)* L. 7. §. 7. D. *de Iniuriis.*

*b)* Paſſim hoc exprimitur in Ordinationibus iudiciorum, quae ſerio interdicunt, ne pars partem iniurioſis dictis aut ſcriptis proſcindat. Sic, quod ad Luſatiam ſuperiorem pertinet, *im Ober Amts Patente d. d. 29. April. 1661,* cuius ſumma eſt, *daß die Advocaten und Procuratoren, ſowohl Notarien und Solicitatoren ſich aller Anzüglichkeit enthalten und Beſcheidenheit gebrauchen ſollen,* haec ratio exprimitur: *Weil es Ihrer Churfürſtlichen Durchlauchtigkeit, Uns dem Landvoigte und den Aemtern nicht zu wenigen Schimpf und Verkleinerung gereichet.*

*c)* Iam olim docuit ARISTOTELES *Problem. Sect. 29. Quaeſt. 14.* eum, qui magiſtratui iniuriam intulit, in ipſam etiam rempublicam contumelioſe egiſſe iudicari.

*d)* Tribunalium enim loca SANCTA ſunt, ibidemque quilibet ab inſultu alterius tutus eſſe debet. MEVIVS *Part. 3. Deciſ. 169. num. 11.* PHILIPPI *ad Deciſ. El. 45. Obſ. 2. num. 23.* ES. PVFENDORF. *Introd. in Proceſſ. Crim. Luneb. cap. 25. §. 40.*

*e)* Exemplum, quo fuſtigatio decreta molitori, qui dominum iurisdictionis, profanationem diei dominicae prohibentem, iniuriis realibus et uerbalibus petiit, recenſet HORNIVS *Claſſ. 15. Reſponſ. 69.*

*f)* CONSTITVTIO ELECT. *43. Part. IV* ſat grauiter diſponit: *Wenn jemand in Lerm und Auflauf über gebotenen Friede oder ſonſt, ſeine Obrigkeit, oder die Gerichts Perſonen, ſo einen in Verhafft nehmen wollen, wiſsendlich ſchlaegt oder verwundet, der ſoll — und darüber aus richterlichen Amt, willkührlich mit Verweiſung, Abhauung der Hand, Staupenſchlag, auch wohl nach Gelegenheit der Perſo-*

*Perſonen, und anderer Umſtaende, mit dem Schwerd vom Leben zum Tode geſtrafft und gerichtet werden.*

g) Memorabile exemplum, quo eum, qui iudicii notarium, cum ipſi publicaret ſententiam, cultro grauiter uulnerauerat, morte quidem non ſecuta, gladii poena dignum cenſuerunt SCABINI LIPSIENSES, habet CARPZOVIVS *Pract. Rer. Crim. Part. 2. Quaeſt. 100. num. 21.*

h) Conf. RVTG. RVLANT *Tract. de Commiſſionibus Camerae Part. I. Lib. 3. cap. 17.* ubi de iniuria, quae peritis, a iudice adhibitis, quae notariis, quae etiam tabellariis infertur, eiusque poena, agit..

## VIII

IAM uero non uacat, plures, quibus fori reuerentia manifeſte laeditur, reatus exponere. Digrediemur ad alia, quae, ſi in iudicio fiant, dubium aut quondam fecerunt, aut nunc faciunt, an uere laedant reuerentiam, quae iudici debetur. Mira quidem uidebitur quaeſtio, an, qui OSCITAT in iudicio, laeſae modeſtiae reus dici poſſit? ſed non omnino eſt ſuperuacanea. Memoriae enim proditum eſt, Cenſores aliquem, qui in iudicio oſcitauerat, nota dignum iudicaſſe, quod GELLIVS,[a] qui huius rei teſtis eſt, inter exempla SEVERITATIS CENSORIAE refert. RIDENDO in iudicio, ſi hoc fiat citra contemtum iudicis, num credes uiolari reuerentiam? Ita creditum quondam

ab Athenienſibus, quibus, ſi AESCHINEM audias, [b] nefas uidebatur, et impudentiae argumentum, ridere in iudicio Areopagitico. Imo uix fidem inueniet, quondam in Germania fuiſſe, qui feloniae reum putarent Vaſallum, ſi in iudicio feudali ſe tergeret, aut emungeret naſum, aut ſingultaret, aut ſternutaret, aut circumſpiceret, aut muſcas aut culices a ſe propelleret. Teſtis huius rei eſt auctor iuris feudalis Saxonici, [c] qui tamen ſimul pronunciat, iuris ignaros eſſe, qui hoc opinentur. Audias auctorem: *Ob ſich der Mann binnen Lehn Gerichte ſchneuzet, oder wiſchet, oder ausſpeyet, oder huſtet, oder heſchet, oder nieſet, dieweil er an ſeines Vorſprachen Seiten ſtehet, oder ob er ungebührlich umſehe, oder ob er Mücken, Fliegen oder Spinnen von ſich treibe, darum wettet er nicht, wiewohl etliche tumme Leute meinen.* Hoc tamen Ius Feudale Saxonicum exprimit, Vaſallum peccare, ſi in iudicio feudali ſedeat, absque domini licentia, item ſi ibi loquatur. Huc pertinet textus: [d] *Der Mann muß auch nicht binnen Lehn Recht ſitzen, ohne des Herrn Verlaubniß, mag er aber die Lenge nicht ſtehen, er leine ſich an, und ob ihn der darum ſchuldiget, ſo ſoll er ſchwören, daß er nicht laenger ſtehen*

*könne.*

*könne.* Item:[e] *Offenbar ſoll der Mann vor Lehn Recht nicht reden, ſondern ſtilliglich ſol er mit ſeinen Vorſprachen loſen und raunen*, quod latinus textus ſic exprimit:[f] tacite ſuſurret in aure aduocati.

a) GELLIVS *Noct. Att. Lib. 4. cap. 20.*

b) AESCHINES *in Orat. in Timarchum.*

c) SAECHS. LEHNRECHT *cap. 69.* cum quo conſpirat AVCTOR *des Schwaben Spiegels* cap. 129.

d) *Saechſs. Lehn Recht cap. 69.*

e) *Saechſs. Lehn Recht cap. 68.*

f) *cap. 33. §. 13.*

## IX

TVM etiam uariis dubiis implexa eſt haec quaeſtio, utrum is, qui appellat a ſententia iudicis, debitam huic reuerentiam quodammodo laedat. Iam priſca aetate hac opinione trahi ſe paſſi ſunt iudices. Eos enim appellantibus nunc carceris ſqualorem, nunc tormenta, nunc aliud poenae genus, decreuiſſe, comprobant uariae Conſtitutiones Imperatoris CONSTANTINI.[a] Imo haec etiam, quam uiuimus, aetas nonnunquam producit exempla iudicum inferiorum, qui in appellantem, utut modeſte rem agat, excande-

candeſcunt, hac quidem opinione ducti, aliquam ipſis iniuriam fieri, eo, quod ille non acquieſcat uel in ſententia ab iis pronunciata, uel in eorum geſtis. An hoc aſſiſtente iure? Sane utrumque ius, tum ciuile, tum canonicum, in hanc opinionem aliquantum procliue uidetur. Imperatorum, ARCADII, HONORII et THEODOSII, eſt Conſtitutio: [b] *Epiſcopale* IVDICIVM *ratum ſit omnibus, qui ſe audiri a ſacerdotibus elegerint, eamque illorum iudicationi adhibendam eſſe* REVERENTIAM *iubemus, quam ueſtris deferri neceſſe eſt poteſtatibus, a quibus* NON LICET PROVOCARE. Et Imperator IVSTINIANVS, in Reſcripto ad Mennam, [c] quo prohibet, ne, lata ſententia definitiua, uincens prouocatione utatur ob ſumtus litis, diſerte exprimit, hunc reſcripti eſſe ſcopum, ut OMNIS HONOR SALVVS IVDICIBVS RESERVETVR, et deinde in fine reſcripti ait, ſe prohibere, ne INIVRIA ex ſuperuacanea PROVOCATIONE iudicibus fiat. Denique Papa, INNOCENTIVS III. cum decernit, [d] ante ſententiam latam, ad iudicem ſuperiorem, ſine rationabili cauſa, PROVOCANDVM non eſſe, ſimul hoc declarat, ſe id ſtatuere, ut DEBITVS HONOR DEFERATVR

IVDI-

IVDICIBVS. Imo ipſa appellationis indoles aliquam dubitandi rationem ſubminiſtrare uidetur, ſiquidem, quod VLPIANVS docet, [e] appellandi uſus iniquitatem iudicantium, uel imperitiam corrigit, et, ſi Gloſſatorem iuris Saxonici audias, APPELLARE idem eſt, ac *ein Urthel ſchelten*, unde fit, ut alicubi libellus appellatorius dicatur *der Schalt*, [f] et pecunia, quae ab appellante in caſum ſuccumbentiae ſoluitur, ueniat nomine *der Schalt Gelder.* [g] Stylo iuris feudalis Alemannici, [h] APPELLARE eſt, *ein Urthel verwerffen*, et denique AVGVSTI Electoris eſt auctoritas, [i] appellare idem eſſe ac *ein Urthel ſtraffen.* Hinc etiam dubitatum ſubinde fuit, numne iniuria fiat iudici a quo, ſi in ſchedula appellationis omiſſa clauſula, SALVO HONORE IVDICIS, *mit Vorbehalt des ſchuldigen Reſpects*, uel alia aequipollens, quale exemplum occurrit apud HORNIVM, [k] ubi, ad quaeſtionem, a Senatu Ciuitatis M. propoſitam, utrumne iniuria commiſſa ſit in magiſtratum ab appellantibus, *weil in der eingewandten Appellation die gewöhnliche Clauſul*: SALVO HONORE DEBITO, *übergangen worden*, reſpondit Ordo IVRECONSVLTORVM VITEMBERGENSIVM: *daß die angegebene Clauſula:* ſaluo honore etc. *bey ei-*

 *ner*

*ner Appellation nothwendig nicht erfordert werde.*[l] Deinde eum, qui in FACIE IVDICIS, uiua uoce, appellat, plane non peccare, uidebitur omnibus, qui meminerint, in cauſis metallicis, ex praeſcripto legis Saxonicae,[m] requiri, *daß, wenn auf die Beſcheide Leuterung oder Appellation eingewendet werden wollte, ſolches* SOFORT STANTE PEDE *auf unverwandten Fuß geſchehen müße.* Alibi tamen, extra Saxoniam, qui idem hoc agit, facile laeſae reuerentiae reus fit. Audi ſententiam:[n] *Weil Advocatus Wolſon ſich unterſtanden, in faciem des Hofgerichts eine Appellation zu verlautbaren, als ſoll er deshalben 5 Fl. Ungr. Straffe in continenti erlegen.*

a) *L. 2. L. 15. et L. 22. Cod. Theod. de Appellat.*

b) *L. 8. C. de Epiſcop. Audientia.*

c) *L. fin. C. quando prouocare non eſt neceſſe.*

d) *c. 59. X. de Appellat.*

e) *L. 1. pr. D. de Appellat.*

f) Vid. GEORG. GRVBE *de Proceſſ For. Boruſſ. cap. 18. membr. 1. §. 15. et 16.* ubi pronunciatum, *daß des Appellanten Schalt, wegen derer darinnen befindlichen Beylagen, dem Appellaten ausgegeben werden, derſelbe ſich darauf auszulaßen etc.*

g) *Preuß. Land-Recht Lib. I. Tit. 43. art. 4.* ubi conſtitutum, *und daneben, wenn von einem ganzen Collegio ordinario die Sententia a qua ausgeſprochen worden, wie bisher gebräuchlich, 12 Mark Schaltgelder*

*gelder ablegen, davon der Appellant 8 Mark wieder haben ſoll, ſo ferne er wohl appellirt, daſerne er aber übel appellirt, ſoll er deren verluſtig ſeyn,* et art. 5. *in denen Aemtern aber und bey Commiſſariis ſollen keine Schaltgelder erfordert, ſondern die Appellation auch ohne Schaltgelder für beſtandig gehalten werden.*

*h*) *Schwäbiſch Lehn-Recht cap.* 134. verbis: *Verwirfft ein Mann Urtheil, und vollkommet er das mit Recht nicht, er muß darum büßen dem, der die Urtheil ſand wieder ihn.*

*i*) *Churſaechß. Berg Ordnung de anno* 1554. *art.* 109.

*k*) HORNIVS *Claſſ. XII. Reſp.* 30. *arg.* 2.

*l*) Eandem ſententiam defendit BERGERVS *in Oecon. Iuris Lib. IV. Tit.* 28. *§.* 5. *not.* 2. et, ad quem a BERGERO et in HORNII Reſponſo prouocatur, BRVNNEMANNVS *ad L.* 8. *D. de appellat.* In Leuteratione etiam nec neceſſariam, nec utilem eſſe hanc clauſulam, docet MENCKENIVS *in Proceſſ. Iur. Comm. et Sax. Tit.* 35. *§.* 21. et B. KRAVSIVS *in Tract. Proc. Iud. Lib. I. Cap.* 6. *Sect. I. §.* 13.

*m*) *Allergnäd.* MANDAT *d. d.* 26. *Aug.* 1713. *Wie bey Streitigkeiten in Berg-Sachen zu procediren, §.* 17. Conf. etiam *die Königl. Reſolution de anno* 1699. in COD. AVG. *Tom. I. pag.* 365. verbis: *Es mögen auch dieſelben die Appellationes, ſo ſtante pede geſchehen, weil ſolche nicht allein in Berg- ſondern auch in allen andern Sachen verſtattet, ſchlechter Dinge nicht verwerffen.*

*n*) apud GRVBIVM *de Proc. For. Boruſſ. cap.* 28. *§.* 18.

## X

SED quicquid dubitetur et quondam dubitatum ſit, uere nihil eſt, ut reuerentiam iudici debitam appellando omnino laedi quis dicat. Quod ad ius ciuile pertinet,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0037-3

Imperatoris CONSTANTINI eſt ſanctio: [a] *Et in maioribus, et in minoribus negotiis appellandi facultas eſt. Nec enim iudicem oportet iniuriam ſibi fieri exiſtimare, eo, quod litigator ad prouocationis auxilium conuolauit.* Imo, quod maius eſt, Imperator ALEXANDER, interuenientem Reſcripti principalis auctoritatem non impedire appellationem, conſtituit, cum Plautiano gratioſe reſcripſit: [b] *Nouum, quod poſtulas, non eſt, quod, etſi reſcripti mei auctoritas intercesſerit, prouocandi tamen facultas tibi non denegetur.* Et, ſi reliqua iura conſulas, haec, intelliges, cum iure ciuili in hanc conſpirare ſententiam, quod remedium appellationis per ſe, ſi quis eodem utatur ſine temeritatis ſuſpicione et ſine fraude, honori iudicis nec quicquam detrahat. Sine fraude autem non agit, qui prouocationi admiſcet conuicia, ideoque laeſae reuerentiae reus merito poſtulatur. VLPIANO teſte, [c] iam DIVI FRATRES reſcripſerunt, *eum, qui prouocauit, non debere conuiciari ei, a quo appellat, alias eum* ESSE PLECTENDVM. Neque ſemper impune agit, qui appellationem interponit coram notario et teſtibus. Hoc enim, quamuis iura Germaniae

paſſim

paſſim permittant, [d] praeſertim eo caſu, ſi appellans apud iudicem inferiorem nec apoſtolos, nec relationem ad ſuperiorem iudicem conſequi poſſit, [e] uel ſi iudicis copia haberi nequeat, non tamen ubique toleratur, ſed interdum uiolatae reuerentiae poena dignus cenſetur, tum qui coram notario appellationem interponit, tum etiam notarius ipſe, qui adhibetur. Exemplum qui poſcit, audiat textum iuris Prutenici: [f] *Verſchnitte denn Iudex a quo die Appellation, ſoll die extraordinaria appellatio ihm unbenommen bleiben, aber ſub irremiſſibili poena, ſich damit bey keinen publico notario, ſondern bey dem Oberappellation-Gerichts Praeſide oder Secretario intra decendium a die denegatae angeben, geſtallt ſie denn auch, ſub eodem periculo, kein Notarius anzunehmen ſich unterſtehen ſoll.* Praeſertim uero temeritatis notam effugere nequit, qui a iudice ſuperiori, a quo appellare fas non eſt, prouocat. Sic prouocans a principe, qui priuilegio de non appellando gaudet, criminis uiolatae reuerentiae reus eſt. [g] Sic etiam, qui a iudiciis Imperii ſupremis, aut a Camera Imperiali, [h] aut a Conſilio Caeſareo Imperiali Aulico appellat, poena

 dignus

dignus cenſetur, et praeſertim eum, qui a Caeſare male informato ad melius informandum appellare non dubitat, quod quondam ſaepius factum,[i] ſummae temeritatis reum iudicari, teſtatur IOANNES CHRISTOPHORVS AB VFFENBACH,[k] qui commemorat, in Conſilio Caeſareo Imperiali Aulico anno 1628 decretum fuiſſe: *daß Ihro Kayſerliche Majeſtaet die Appellation a Caeſare male informato ad melius informandum als nichtiglich und ſtraffwürdiger Weiſe eingewandt, die auch an ſich ſelbſt null und nichtig, von Kayſerlicher Majeſtaet Macht hiemit caßiren und aufheben*, et deinde addit, hanc communem in Imperio et praxi receptam eſſe ſententiam. Denique qui PER SALTVM appellat, temere praeterito iudice intermedio, id quod ius tum Romanum,[k] tum canonicum,[l] tum etiam Imperii,[m] improbat, reuerentiam, iudici intermedio debitam, laedit, ideoque, praeter remiſſionem cauſae,[n] is, pro re nata, arbitrarie puniri poteſt.[o] Imo hoc quoque attinet monuiſſe, ipſum iudicem inferiorem laeſae reuerentiae, quam ſuperiori iudici debet, reum facile fieri, ſi, appellatione interpoſita, hanc recipere detrectet, etiamſi tantum



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0040-8

tum ſit euentualis. Quoad appellationem euentualem, memorabilis eſt lex Saxonica, [p] quae omnes iudices, a quibus ad Sereniſſimum Electorem appellatur, ſerio admonet, ut reuerentiae, ſuperiori iudici debitae, etiamſi leuterationi tantum annexa ſit appellatio, non ſint immemores. Haec praeſertim uerba Edicti huc pertinent: *der Unter-Richter ſoll vorgeſetztes alles auch in dem Falle beobachten, wenn Leuterung und zugleich euentual appellation eingewendet wird, weil in ſolchem Fall, da die Leuterung, nach Befinden, zwar abzuſchlagen, dennoch, wegen der zugleich in hunc euentum mit ergriffenen Appellation, die Ehre des Oberrichters zu beobachten und der Unter Richter nichtweniger Refutatorien oder Bericht zu ertheilen hat, alles bey geſetzter Straff Zehen Gülden, ſo oft darwider gehandelt wird.*

*a*) *L. 20. C. de Appell.*

*b*) *L. 2. C. de Appell.*

*c*) *L. 8. D. de Appell.*

*d*) Conf. *des Käyſerl. Cammer-Gerichts-Ordnung Part. 2. Tit. 32. et 33.* ES. PVFENDORFFIVS *in Introd. in Proc. Ciu. Elect. Brunſuic. Luneb. P. 4. C. 1. Sect. 2. §. 2.* modum interponendi appellationem

coram

coram Notario et teſtibus in uniuerſo foro Brunſuicenſi permiſſum eſſe, teſtatur. In Saxonia eandem admittit CONST. ELECT. *20. Part. 1.*

*e*) Sic in Saxonia in RESOL. GRAV. *de anno 1661. Tit. von Juſtitien Sachen §. 30.* ſancitum: *Weil wir viel Mißbräuche bey denen Appellationen coram Notario et teſtibus verſpühren, ſo ſoll derjenige, ſo ſich einer ſolchen Appellation anmaßet, bey Ueberreichung derſelben beſcheinigen, daß er bey dem Unter-Richter weder Apoſtel noch Bericht erlangen können, anderergeſtallt iſt er damit gänzlich abzuweiſen.*

*f*) *Preuß. Land-Recht Lib. I. Tit. 52. §. 7.*

*g*) Hoc argumentum tractat CASP. MATTH. MVLLER *de competenti foro uiolantium priuilegium de non appellando.* Conf. Priuilegium de non appellando, Sereniſſimis Saxoniae Electoribus datum ab Imperatore Ferdinando I. d. d. 2. Mai 1559. in COD. AVG. *Tom. I. pag. 1215.*

*h*) GEORG. MELCH. DE LVDOLFF *Iur. Camer. Sect. I. §. I. num. 7.*

*i*) LEYSER in *Medit. ad Pand. Spec. 654. med. 3.* recenſet exemplum, quo Epiſcopi, Bambergenſis et Wurzburgenſis, a Carolo V. ad Carolum V. prouocarunt, et deinde, Sleidano auctore, refert, Carolum V. ipſum probaſſe hanc prouocationem. Sed caute addit: *Verum tamen huiusmodi appellationes non ſemper eosdem faciles aditus et mollia tempora inuenerunt, ſed aliquando, tanquam principi factae iniuriae, cum ſupercilio et indignatione reiectae ſunt.*

*k*) *L. 21. pr. et §. 1. D. de appell.*

*l*) *c. 66. X. de appell.*

*m*) *des Kayſerl. Cammer-Gerichts Ordnung Part. 2. Tit. 32.*

*n*) Conf.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0042-0

n) Conf. IO. CHRISTOPH. STRAVSS in Diſſ. *de Appellatione per ſaltum eiusque remiſſione, Traiecti ad Rhenum an.* 1711. habita, *p.* 13.

o) arg. *Nouell.* 17. *cap.* 3. *in fine*, verbis: *cum omni correctione.* Conſentit MENCKENIVS *Synopſ. Pand. Lib.* 49. *Tit.* 1. §. 6. et *Tit.* 3. §. 15.

p) PATENT *Churfürſtens* IOHANN GEORGENS *II. wie es mit Annehmung derer Appellationen, ingleichen derſelben Verwandelung in eine Leuterung und Friſt zu denen Citationen zu halten, den* 12. *Aug.* 1670. *in* COD. AVG. *Tom. I. pag.* 1162.

## XI

DIGREDIMVR ad aliud argumentum. Inter effugia, quibus utuntur rei, hoc frequens eſt, quod RECVSETVR IVDICIVM, coram quo actio inſtituta. Recuſantes queri ſolent, SVSPECTVM eſſe iudicem, ſeque ideo, quamuis cauſae iuſtitia plane confidant, tamen euentui bonae cauſae prorſus diffidere, et uel ipſi iudici, coram quo cauſa tractatur, hanc dicam impingunt, uel ſuperiorem iudicem adeunt, et coram hoc plenius exponunt recuſationis cauſas, hoc praeſertim fine, ut cauſa auocetur, ſimulque, ut querimoniae aliquod pondus accedat, offerunt iuramentum perhorreſcentiae. Huic quidem rei recuſatus iudex interdum grauiter indignatur, et, ſi uel in progreſſu cauſae acta ad Dicaſterium tranſmittit, uel, iudicis ſuperioris iuſ-

ſu, ad querelam, quae ipſi communicata eſt, reſpondet, ſibi temperare non poteſt, quin enixe petat, ut ſeuere animaduertatur in recuſantem, utpote reum criminis laeſae reuerentiae et uiolatae auctoritatis iudicialis. Sed, quo demum ſucceſſu? Alius quidem proſperum, alius uero aduerſum experitur. Videlicet recuſatio iudicis, ſi cauſa, quae legum auctoritate nititur, allegari poteſt, et haec a recuſante modeſte proponitur, per ſe nihil iniuriae continet, nec in recuſantem, qui iure ſuo utitur, [a] animaduerti poteſt. [b] Verum ſi recuſatio fiat ſine cauſa, uel cauſa allegetur quidem, ſed probari nequeat, reus poenam uiolatae reuerentiae effugere non poterit, praeſertim ſi iudicem, quem temere recuſat, ſimul contumelioſis uerbis proſcindit, uel alias cauillandi animus patet. Hinc IVRECONSVLTI HELMSTADIENSES reſponderunt: [c] *Die Recuſatio iudicis hat alsdenn nur ſtatt, wenn eine ſolche Urſache ſich hervor thut, weswegen ein Zeuge verworffen werden kan. Nun finden ſich in der Supplication dergleichen Urſachen nicht, ſo zu Recht beſtaendig waeren, einfolglich kan K. ſich der Exception Recuſationis mit Recht nicht anmaßen,*

*maßen, und weil K. ein Unterthan iſt, der allen gebührenden* RESPECT *Domino iudici zu erweiſen verbunden, und dennoch ſich nicht geſcheuet hat, ihn mit groben Anzüglichkeiten in ſeinen ad Acta gebrachten Schriften anzugreiffen, ſo halten wir dafür, daß er mit viertaegiger Gefaengniß, worinnen er mit Brod und Waſſer zu ſpeiſen, müſſe beſtraft werden, damit er lerne, vvie ein Unterthan ſich gegen ſeine Obrigkeit aufführen ſoll und andre hieran ein Exempel nehmen.* Idem fere ſenſerunt IVRECONSVLTI IENENSES, qui, teſte LYNCKERO, [d] iudicarunt, *daß die reiectio iudicis, ut ſuſpecti, alsdenn vor eine Injurie und ſtrafvvürdig zu halten, ſi probari cauſa nequeat, aut eiuſmodi uerbis fiat recuſatio, ex quibus animus iniuriandi apparet, dahingegen auſſerdem dieſelbe fauorabilis und in naturali aequitate fundata genennet vvird.* Conſentanea quoque eſt ſententia SCABINORVM LIPSIENSIVM, quam recenſet CARPZOVIVS. [e]

*a*) Teſte HORNIO *Claſſ. 12. Reſp. 87.* IVRECONSVLTI VITEMBERGENSES eum, qui contra iudicem exceperat, ita excuſarunt: *Endlich iſt andem, daß der Aſſeſſor K. ſich in dieſer Sache von ſelbſt beſcheidet, daß er in dieſelbe ſich als Iudex nicht zu miſchen habe. Es*

*iſt auch Beklagten nicht verbothen geweſen, dasjenige, was die Rechte zulaſſen, ſich zu gebrauchen. Permittitur uero recuſatio iudicis in L. 16. C. de iudiciis.*

b) Conf. MEVIVM *Part. I. Deciſ. 51.*

c) HOMBORGIVS *Reſponſ. Helmſtad. 124. n. 6.*

d) LYNCKER. *Reſol. Centur. 2. Reſol. 148.*

e) CARPZOVIVS *Part. IV. Conſt. 42. Defin. 8.*

## XII

TVM, ſi quaeſtio, an a magiſtratu, cum ſubditis litigante, IVRAMENTVM CALVMNIAE exigi poſſit, uſum, imo fundamentum deciſionis, praeſtat doctrina de REVERENTIA, quae iudici et magiſtratui debetur. Saepius uentilata fuit haec quaeſtio, et, quoties illa pro magiſtratu deciſa, toties fere REVERENTIA dedit rationem decidendi. In reſponſo, quod KLOCKIVS[a] exhibet, concluditur, magiſtratibus inciuiliter deferri iuramentum calumniae, ideo, quod PERSONA MAGISTATVS ſubdito ſemper SANCTA et HONESTA uideri debeat, non minus, quam liberto perſona patroni, et filio perſona patris, quem utrumque ius ciuile[b] a praeſtatione iuramenti calumniae immunem eſſe diſponit. Hanc argumentandi rationem amplectitur MARTINI,[c] eandemque amplexi ſunt

ſunt IVRECONSVLTI VITEMBERGENSES, qui BERGERO auctore, pro domino iurisdictionali pronunciarunt: *Hierüber er, der Gerichtsherr, im Fall er ſich der Eydes Delation zu gebrauchen gemeynet, in Anſehung der ihm gehörigen* REVERENZ, *von Leiſtung des Eydes vor Gefaehrde billig befreyet vvird.* Eandemque ſententiam obtinuiſſe in Summo Prouocationum Senatu, fidem facit IOANNES CHRISTOPHORVS DE BERGER,[e] cuius teſtimonio ſimul hoc confirmatur, rationem decidendi potiſſimam fuiſſe, quod doli praeſumtionem excludat REVERENTIA, quae magiſtratui debetur.

a) KLOCKIVS *Vol. 3. Conſil. 191. n. 43. et 47.*
b) *L. 7. §. 3. D. de Obſequ. parent. et patron. praeſt.*
c) MARTINI *in Comment. ad Ord. Proc. Iud. Tit. 18. 6.*
d) IO. HENR. DE BERGER *Reſponſ. 264. Part. 2.*
e) CHRISTOPH. HENR. DE BERGER *Deciſ. 394. num. 5. et 6.*

## XIII

HOC ſubinde quaeſitum fuit, utrum is, qui ACTIONEM SPOLII contra iudicem inſtituit, audiendus ſit, an uero repellendus. Repellendum quidem eſſe, ipſa iuris ciuilis ratio ſuadere uidetur. VLPIANVS enim cum

interdictum unde ui liberto contra patronum, uel liberis contra parentes, competere negat,[a] non aliud negatiuae fundamentum agnoſcit, quam REVERENTIAM, quae patrono, quae parenti, debetur. Ipſo enim VLPIANO iudice, honor iis habendus[b] et utriusque perſona ſemper honeſta et ſancta uideri debet.[c] Tutum igitur uidetur argumentum ad iudicem, cui pariter habendus HONOR, et cuius perſona aeque ſancta et honeſta uideri debet. Sed praeualet ſententia, audiendum omnino eſſe actorem, nec, REVERENTIAE obtentu, elidi actionem ſpolii. Videlicet eſt auctoritas iuris Canonici,[d] etiam Archiepiſcopo intentari poſſe a clerico actionem ſpolii, eundemque, ſi SINE IVDICIO, hoc eſt, absque cauſae cognitione, proceſſerit, ad reſtitutionem ſpoliati adigendum eſſe, non habita ratione reuerentiae, quam clericus inferior Archiepiſcopo debet. Idem hoc, ſi alias iudex uia facti et ſine iudicio procedat, et ſpolium commiſiſſe dicatur, locum habere, dubitandum eſt eo minus, quo certius eſt, iudicem, qui per iniuriam agit, magis pro PRIVATO, quam IVDICE, haberi.[e] Sic, ut praeiudicio hoc firmetur, IVRECONSVLTI HELMSTADIENSES, cum

ipſis

ipſis quaeſtio offerretur, an contra Praefectum quendam actio ſpolii inſtitui poſſit, reſponderunt:[f] *Nun vvird zvvar der Amtmann der Spolien Klage unterſchiedenes entgegen ſetzen, inſonderheit daß das interdictum unde ui, und die mit demſelben übereinkommende Spolien Klage gegen ihn, als derer Klägere Obrigkeit, vvegen des ihm ſchuldigen* RESPECTS, *keine ſtatt finde. Dievveil aber die in denen canoniſchen Rechten und moribus gegründete actio ſpolii viel vveiter, als das alte Interdictum unde ui gehet, auch viel größern fauorem, als daſſelbe hat, und ſogar contra tertium poſſeſſorem ſtatt findet, hiernechſt eine Obrigkeit, vvelche ihre Unterthanen, ohne rechtmäßige cauſae cognition und proceſs, aus der poſſeſſion ſetzet, pro priuato geachtet vvird, und, nach ausdrücklicher Verordnung der Rechte, actione ſpolii belanget vverden kann; ſo iſt die von S. und W. angeſtellte Spolien Klage vvohl gegründet.* Ipſa tamen res ſuadere uidetur, ut actor, qui hanc actionem iudici intentat, id praeſertim caueat, ne reuerentiam, quam iſti, ut ſubditus, ceteroquin debet, laedat. Hoc conſilium aliquando quaerenti dederunt IVRECONSVLTI VITEMBERGENSES, hac quidem formula:[g] *So erſcheinet daraus*

*aus ſoviel, daß ihr mit der abgefaſten Spolien Klage vvohl fundiret, ihr ſeyd aber auch des Remedii ex can. Redintegranda C. 3. qu. 1. in Anſehung der angeführten Urſachen euch zu gebrauchen vvohl berechtiget, dabey aber allenthalben den eurer Obrigkeit ſchuldigen* RESPECT *in Obacht zu nehmen pflichtig.*

*a*) *L. 1. §. 43. D. de ui et ui arm. L. 7. §. 2. D. de Obſequ. par. et patr. praeſt.*

*b*) *L. 7. §. 4. et 7. D. de Obſequ. par. et patr. praeſt.*

*c*) *L. 9. D. eod.*

*d*) *C. 7. X. de Reſtit. ſpol.*

*e*) *L. 32. D. de Iniur.*

*f*) LEYSER *Medit. ad Pand. Spec. 505. m. 1.*

*g*) HORNIUS *Claſſ. XII. Reſp. 22.*

## XIV

ETIAM aliquid ſcrupuli habet haec quaeſtio, an laeſae reuerentiae reus fiat, qui in iudicio uindicat iniuriam, ibidem ipſi illatam ab alio. In utramque partem illa diſputari poteſt. Affirmatiuae ſententiae praeſertim robur afferet ipſa iudicii ſanctitas, quae uiolari uidetur, ſi quis ibi agit ex impetu rancoris et iracundiae. Negatiuae uero praecipue patrocinabitur fauor defenſionis, cui ubicunque,

que, etiam in loco priuilegiato et ſancto, locus eſſe debet. Poſteriorem quidem ſententiam aliquando operoſe defenderunt IVRECONSVLTI IENENSES, [a] cum ad quaeſtionem, an Sempronius, qui iniuriam realem, illi a Meuio in Principis curia illatam, licet uitae periculum non immineret, ibidem mox uindicauerat, poena afficiendus ſit, reſponderunt, Sempronium a poena immunem eſſe. Partem Reſponſi, quae hanc doctrinam illuſtrat, recenſuiſſe iuuabit: *Es ſcheinet zvvar Anfangs, als vvenn die vvürkliche Defenſion an ſolchen hoch privilegirten Orten nicht zuläſslich, da ohnſtreitig, daſs ſolche privilegirte Oerter, inſonderheit Gerichts-Stellen,* LOCA SANCTA *ſind und ſolches Orts nicht das Fauſt Recht, ſondern die Iura und Leges ſollen tractiret vverden, desvvegen andre Sachen, inſonderheit alle Thätlichkeiten, billig einzuſtellen, und darauf bedacht zu ſeyn, damit alle Scandala, auch dasjenige verhütet bleibe, ſo zur Verkleinerung der Gerichts Obrigkeit gereichen mag, bevoraus in Curia Principis et ſummo tribunali, allda die zu ſolcher Regierung beſtallten Perſonen principem ipſum in gerichtlichen Händeln repraeſentiren, daher es gleich viel, als ob ſolche Thaetlichkeiten in Gegenvvart*

*ipſius Principis verübet vvaeren, überdies, da dem Sempronio von Mevio etvvas zur Ungebühr zugefüget vvorden, er es billiger ordinaria Iuris uia ſuchen, und in loco ſancto et priuilegiato dergleichen Thaetlichkeiten nicht fürnehmen ſollen, jedoch, deſsen ohngeachtet, iſt vielmehr dahin zu ſchlieſſen, daſs die Defenſion, ſo in curia Principis, als einem hochprivilegirten Orte, geſchehen, zuläſsig ſey, vveil dasjenige, ſo zu Defendirung des Leibes oder Vermögens vorgehet, denen Rechten gemaeſs, auch ſolche zugelaſſene Defenſion an keinen gevviſsen Ort und Stelle eingeſchrenket, auch loca ſancta et priuilegiata nicht excipiret vverden, ja, daſs die Defenſio in locis priuilegiatis et ſacris vergünſtiget ſey, daraus erſcheinet, daſs auch in templis und vor dem Altar die Defenſion licite geſchehen koenne.* Ita quidem iudicari poſſe, dubium non eſt, ſi tantum ad defenſionem, et ad propellendum ulteriorem iniuriantis impetum, tendat, quicquid fit a laeſo. Sed impune non aget, qui ſolo uindictae ſtudio, immemor auctoritatis iudicialis et ſanctitatis loci, uim ſibi illatam reciproca ui penſat. Quid uero, ſi ab IPSO IVDICE parti illata ſit iniuria, an uiolatae reuerentiae reus dici poterit, qui retorquet iniu-

riam

riam contra iudicem? Equidem ceſſabit quaeſtio, ſicubi lege prouinciali omnis uſus retorſionis iniuriae proſcriptus.[b] At, ubi illa uiget, intereſt, diſquirere, an ab hoc uigore eximendus iudex? Eximendum eſſe, colligi forſitan poterit ex conſenſu iurium, quae perſonam iudicis ubique inuiolabilem et tutam eſſe uolunt. Sed nullum eſt exemtionis fundamentum. Nimirum iura inuiolabilem praeſtant perſonam iudicis, cum agit ea, quae ad officium eius pertinent. Si uero, immemor, ſe PVBLICAM perſonam ſuſtinere, iniurioſe quid fecerit, ipſo VLPIANO[c] arbitrante, quaſi PRIVATVS egiſſe uidetur, adeoque remedia, quae per iniuriam laeſis alias contra laedentem competunt, declinare, quodam REVERENTIAE OBTENTV, non poteſt. Inde magis eſt, ut is, qui retorquet iniuriam contra iudicem iniuriantem, ſuo iure uti dicendus ſit, quam ut laeſae reuerentiae reus iudicari poſſit. Negandum tamen non eſt, aliquanto cautius agendum eſſe, ſi contra iudicem, quam ſi contra alium, retorſionem quis exercere uelit. Quanto enim difficilior eſt praeſumtio, iudicem egiſſe animo iniuriandi, tanto facilius fieri poteſt, ut retorquens ſpe boni euentus excidat. Huius quidem rei aliquando DICASTE-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0053-1

RIVM IENENSE quendam quaerentem, an ipſi remedium retorſionis contra iudicium eccleſiaſticum pateat, ſollicite admonuit. Verba Reſponſi, [d] quae ad rem pertinent, haec ſunt: *Obvvohl die Retorſio auf gevviſſe Maſse auch vvider den Richter ſtatt hat, vvenn nehmlich ſelbiger ex odio priuato den Parth etvvas ſchimpfliches vorrückt oder nachſaget. Dievveil aber mit der Retorſion vvider den Magiſtratum und ein hohes Collegium behutſam verfahren vverden vvill, und denn aus denen ueberſchickten Beylagen nicht allerdings anzumerken, daſs die Allegirung der beſchuldigten Einvverffung der Citation ex mero odio priuato und unziemlichen Affecten geſchehen, ſolches auch ohnedem von einem ganzen Collegio nicht praeſumiret vvird, ueberdies jede Retorſio in continenti geſchehen muſs, vvenn ſie denen Rechten nach beſtehen ſoll; So erachten Wir, daſs jetziger Zeit und nach Beſchaffenheit gegenvvärtiger Sache, ihr euch des Remedii Retorſionis mit Fug nicht gebrauchen koennet.*

a) RICHTER *Part. V. Conſil. XX. num. 36 ſequ.*

b) Vt in Saxonia per EDICTVM *de Duellis d. d. 2 Iul. 1712. §. 22.* itemque in terris Luneburgicis per ORD. CANCELL. CALENBERG. *Tit. 4. §. 12.* add. *Zelliſche Gemeine Beſcheide de d. 1 Sept. 1686. §. 23.*

c) *L. 32. d. Iniur.*

d) WILDVOGEL *Reſponſ. 12.*

## XV

QVANTVM uero reipublicae intereſt, ut ſerio animaduertatur in eos, qui reuerenter habere forum neſciunt, tanta, ſi animaduertendum, opus eſt circumſpectione, ne, qui uiolatae reuerentiae reus poſtulatur, excuſatione ſua fraudetur. Praeſertim uero excuſandus eſt reus, ſi iudex ipſe, dignitatem et decus ſui muneris ſuſtinere neſcius, uel nimia familiaritate contemtioni dignitatis occaſionem dediſſe, uel illum iniuria prius laceſſiuiſſe, uel alio facto, quod magiſtratus auctoritate indignum, ſe magis PRIVATVM, quam IVDICEM, praeſtitiſſe dicatur. An uero, quod nonnunquam quaeſitum fuit, eum, qui minus reuerenter egit in foro, RVSTICITAS excuſabit? Sane affirmanti ſententiae plane patrocinari uidetur PAVLVS,[a] qui ruſticitati hominis, qui in ius uocatus non ierit, parcendum eſſe ſuadet, itemque VLPIANVS,[b] qui, reum albi corrupti, ſi per ruſticitatem fecerit, non teneri, ait. Sed certis limitibus circumſcribendum eſſe fauorem ruſticitatis, auctor eſt Imperator GORDIANVS, qui conſtituit,[c] ruſticitati ueniam tunc praebendam non eſſe, cum certis perſonis honor NATVRALI RATIONE debentur. Vnde fit,

ut ruſticitas tunc quidem excuſare dicatur, ſi ruſtici ex IGNORANTIA in titulis magiſtratuum peccant, et ridiculum forte titulum tribuunt, non uero, ſi turpem, uel probroſum.[d] Alias cauſas, quae in crimine laeſae reuerentiae fori aeque, ac in aliis delictis, a dolo excuſant, non attinet exponere.

*a*) *L. 2. §. 1. Qui in ius uocatus non ierit.*
*b*) *L. 7. §. 4. de Iurisdict.*
*c*) *L. 2. C. de in ius uoc.*
*d*) FELTMANN *de Titulis Honorum, Lib. II. cap. 4.*

## XVI

MAGIS attinet, monuiſſe, quod, in definienda poena temere agentium in foro, praeſertim reſpiciendum ſit ad praerogatiuam et dignitatem iudicis, cuius auctoritas laeſa dicitur. Tanto enim maior eſt gradus criminis, tantoque atrocius hoc uindicandum eſt, quanto illuſtrius eſt iudicium, cui iniuria infertur. Animis hoc agitarunt Imperatores, VALENTINIANVS et VALENS, cum Aproniano, Praefecto urbi, ſat graui ſtylo, reſcripſerunt:[a] *Potioris gradus iudicibus ab inferioribus* COMPETENS REVERENTIA *tribuatur. Sane qui inſignia dignitatis ad hoc exercet, ut indignis iniuriis exiſtimet afficiendos eos, qui officia cum poteſtate moderantur, non declinabit noſtrae* INDIGNATIONIS ACVLEOS. Et, qui

leges

leges prouinciarum Germaniae conferre uelit, has praecipue in eo occupari intelliget, ut reuerentia iudiciorum ſuperiorum ſalua praeſtetur. Sane, ſi de noſtra patria quaeratur, EDICTVM REGIVM *de Duellis*, non modo locis ſanctioribus, ubi temere agere ſummum nefas eſt, diſerte adſcribit *die Canzleyen und andre Häuſer, wo die Churfürſtliche Raths-Collegia ihre Seſſiones haben, und übrige ordentliche Expeditiones tractiret werden,*[b] ſed etiam iis, *die ganze Collegia und Richter zur Ungebühr ex calumnia in ſupplicatis, Saetzen oder ſonſt wieder die Wahrheit angreiffen*, grauiſſimam poenam minatur.[c] Huc quoque pertinent verba SANCTIONIS ELECTORALIS d. d. 5. Aug. 1733. *Wenn Wir denn dergleichen Mißbrauch länger nicht geſtatten können, ſondern vielmehr gnädigſt geſonnen ſind, den von Uns Unſern Collegiis beygelegten* RESPECT *in alle Wege beybehalten, und da ſolche von einem oder andern muthwilligen Supplicanten zur Ungebühr verunglimpfet, oder die Sache falſch und wieder die darinnen ergangenen acta vorgeſtellet würde, ſovvohl denſelben, als die Concipienten, deshalber nachdrücklich beſtraffen zu laſſen.* Et in recentiori EDICTO[d] Sereniſſimus Legislator ſanctionis ſcopum declarat his verbis: *Damit Unſerer Collegiorum* RESPECT *erhalten vverde.* Sic etiam alibi paſſim in Ordinationibus, quae modum procedendi in iudiciis determinant, inprimis hoc, ut iudicia, maxime SVPERIORA, a cauillatione partium, eorumque, qui partibus uel ore, uel calamo, patrocinium praeſtant,

tuta

tuta ſint, cauetur, propoſitis plerumque poenis grauioribus. Exemplum praebet ORDINATIO CANCELLARIAE CELLENSIS, in qua diſponitur: *Damit auch mit gebührender Beſcheidenheit in iudiciis verfahren vverde, ſo vvollen Wir hiermit alle hitzige und anzügliche Reden, in ſchrift- und mündlichen Vorträgen, bey einer Geld-Buß und zum erſten Mahl von Zehen Goldgülden, hernacher aber und in Beharrung deſſelbigen, bey ſchärfferer Pön, welche die Principalen, auf deren Geheiß oder Zulaß ſolche Schriften übergeben, oder die Advocati und Procuratores abzuführen ſchuldig ſeyn ſollen, allerdings Verbothen haben. Und vvoferne ſich jemand, Unſere Fürſtliche Raths-Stube verkleinerlich anzuzapfen gelüſten laßen vvürde, ſollen dieſelbige, es ſey Principalis, Advocatus oder Procurator, andern zur Warſcheuung, der Gebühr ernſtlich angeſehen vverden.*

a) *L. 5. C. de Off. Rect. prou.*

b) MANDAT *wieder die Selbſt-Rache §. 9.*

c) Idem MANDATVM *§. 3.* ad cuius illuſtrationem ſpectat Reſcriptum Regium, quod recenſet WERNHERVS *Part. VI. Obſeru. 296.* et LEYSER *Medit. ad Pand. Spec. 547. med. 14.*

d) *Geſchärftes* MANDAT *wider die proceſſualiſche Weitläuftigkeiten in Cammer-Sachen vom 7. Jun. 1736.*

e) ORDINATIO CANCELLARIAE CELLENSIS *Art. 44.*

T A N T V M.

ULB Halle 3
001 945 505

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0059-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0060-0

II k 3560

# DE REVERENTIA FORI

PRAESIDE

ERNESTO MARTINO CHLADENIO D.

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS AVLAE AC IVSTITIAE DECRETALIVM PROFESSORE PVBLICO FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARIO ET SENIORE EIVSDEMQVE H. T. DECANO CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORE CVRIAE PROVINCIALIS ET SCABINATVS ASSESSORE

*PRO GRADV DOCTORIS*

RITE CAPESSENDO

D. IV. IVN. A. R. S. CIƆ IƆCCLXVII

IN AVDITORIO MAIORI

PVBLICE DISSERET

CHRISTIANVS FRIDERICVS GAVDICHIVS

ADVOCATVS DRESDENSIS.

*VITEMBERGAE*

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII

ACADEMIAE A TYPIS.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-153901-p0061-5